



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

15. Ex Ovorum Putaminibus Spei-Parietem exstruunt Hypocritæ,
Simulatores, Dolosi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

rimarum consumere. Ad Architecturam quod spectat, casas sibi ex luto, pennisque, & ovorum putaminibus construere. Pygmæos imitantur, quibus pennæ seu plumæ sunt materia, è quâ Parietem suum erigunt. Superbiæ vanitatisque meræ illa sunt symbola. Itaque pennæ ædificant, qui in operibus superbis gloriantur, ac proinde de se de præclarè gestis jactant, & fiduciam omnem suam in externis quibusdam virtutum officiis, ac typis arrogantiaque vitiat. Dicunt fastu Pharisaico: Nos sum sicut ceteri hominum: jejuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo.

Ille ego qui quondam. ----

ARTICULUS XV.

EX OVORVM PUTAMINIBVS

*Spei-Parietem exstruunt
Hypocrita, Simulatores, Dolosi.*

NONNULLI cum Pygmæis simili utuntur materia illi nimirum, qui externa quadam pietatis specie fallunt oculos; qui faciunt foris multa, quæ videntur bona, sed intus medullam non habent; cortice pulchro sunt, sed cassâ nucleo. Opera exteriora sunt veluti cortex circa fructus, putamen in ovis, quæ, si intus sit tellus, aut luteum, ut nucleus, alicujus sunt precii; at, defunt ista, sunt mera purgamêta, quisquiliæ, peripsentia. Haud secus, orare linguâ, jejunaire stomacho, peregrinari pedibus, corpus macerationibus affligere, inviter

hospi-

hospitalia; adire carceres, & similia virtutum officia, si cum pietate interna, cum desiderio DEO placendi, cum sincero affectu misericordiae, Caritatis, & religionis sint conjuncta, atque ex iis proficiantur, alicujus sunt precii ac emolumenti, perficiunt opera interiora, augent, ornant. At verò, si tantùm sunt exteriora, & corporis quaedam functiones, quæ prava intentione exercentur, ac viciantur, nullius sunt meriti, & velut putamina inferorum sterquiliniis deputantur. Ex iis tamen Spei suæ Casam ædificant, ut ridiculi Pygmæi Hypocritæ, & in iis fiduciam suam ponunt. Æstimate quàm sint tui, quos Murus ex ovorum putaminibus cingit!

ARTICVLVS XVI.

PARIES CRATICIVS SPEI

Quomodo conficiatur ex Arundinibus à Mundanis.

ITA appellat parietem Architectus ex Vitruvio, (a) qui ad similitudinem craticis, ex arrectis transversisque cannis, arundinibus, aut perticis componitur. Certè, inveniuntur non pauci, qui Spei suæ Murum faciunt Craticium, dum Spem suam omnem ponunt in hominibus, qui sunt arundine cannaque magis mobiles, & fragiliores baculo arundineo. Hos Architectos, ut insipientes habet, ac detestatur DEUS, cujus illud est effatum Jeremias XVII. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor ejus. Erit enim quasi myrica in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit cum siccitate in deserto, in terrâ salsuginis, & inhabitabili.*

K k 2

Bene-

(a) *Pariet Craticius ligneis craticibus, aut canni, in modum craticis constat.*